



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Ecclesiasticorum Vita, Moribus, Officiis Libri Tres

Schevichavius, Gisbertus

Mogvntiae, Anno M.DC.XXI.

Capvt XXI. Vir Ecclesiasticvs Deo, A Qvo Hvnc in finem accepit, sua, id est, Dei bona, suo temporali, spiritali, & cœlesti commodo & emolumento egenis largitur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42349

CAPVT XXI.

VIR ECCLESIASTICVS DEO, A QVO HVIC
in finem accepit, sua, id est, Dei bona, suo temporali, spiri-
tali, & caelesti commodo & emolumento
egenis largitur.

Eleemosyna §. **I**llud etiam ad liberalitatem calcar & stimulus est,
D quod ipse dedit reddimus & cō-
quodostro reddimus.
si cogitemus cui, quid, qua nostra utilitate largi-
mur. 1. Cui donamus? Deo donanti suam benedictionem &
tribuendi omnia. Genes. 33. versic. 11. Ex quo, per quem, & in quo
sunt omnia. Rom. 11. ver. 35. Patri luminū, à quo omne datum
optimum, & omne donum perfectum descendit. Iacob. 1. v. 17. *Me-*
men, inquit, dico vobis, quamdiu fecistis vni ex his fratribus meis
minimis, mihi fecistis. Matth. 25. v. 40.

§ 2. Quid donamus in egenis Deo? Dona ipsius. *Tua,*
ait, Dauid 1. Paralip. 6. 29. v. 14. Domine sunt omnia, & quae
manu tua accepimus, dedimus tibi. Luc. 11. v. 13. *Nostis bona ca-*
ta dare filiis vestris. Vos parentes liberis vestris bona do-
natis, sed non alia, quam quae vobis ab omnibus patre-
te Deo donata sunt. S. August. 1. 1. Confess. cap. 4. *Deus,*
inquit, meus nunquam inops, & gaudes lucris. Nunquam au-
rus, & vsuras exigit. Supererogatur tibi vt debeas. Lu. 10. *& qui*
habet quicquam non tuum? Qui idem S. Augustin. serm. 15. de
verbis Domini. Dicit tibi Christus: Da mihi ex eo, quod tibi
dedit, de meo quero, da & redde. Habuisti me largitorem, fac me
debitorem, habeam te sceneratorum. Temporalia mihi das, ete-
na tibi restituam, te ipsum mihi reddam, quando te mihi redde-
dero.

Eleemosyna §. 3. Et quo commodo vel incommodo, quo emolumento vel dispendio largimur? Nihil perdimus,
emolumenta plurimum acquirimus. Paramus & adipiscimur tem-
poralia, spiritalia, & caelestia bona.

§ 1. Quo ad externa bona: Recte S. Leo serm. 10. de
Quadrages.

Quadrages. Securus & hilaris sit eleemosyna distributor: quia tunc maximum lucrum habebit, quando sibi minimum reser-
 uauerit, dicente B. Apostolo Paulo 2. Cor. 9. v. 10. Qui autem ad-
 ministrat semen seminanti, & panem ad manducandum
 praeabit, & multiplicabit semen vestrum, & auget incrementa
 frugum iustitiae vestrae in Christo Iesu Domino nostro. Imo &
 S. Aug. hom. 29 l. 50. Homil. Metiatur, inquit, vnusquisq; vires
 suas, non thesaurizare attendat in terra: det, non perit, quod
 dat. Non dico hoc non perit: sed dico hoc solum non perit. Alia
 vero quae non dederis, & abundant tibi, aut cum viuis, amittis,
 aut cum moreris, dimittis. Card. Pet. Rauennas: Da, inquit,
 pauperi, vt detur tibi: quia quicquid pauperi non dederis, habe-
 bit alter. Fit hic quod sapientissimus ait Salom. Prou. 11
 vers. 24. Alij diuidunt propria & ditiores fiunt, alij rapiunt non
 sua, & semper in egestate sunt. Et Prou. 28. v. 27. Qui dat pau-
 peri, non indigebit, qui despicit deprecātem, sustinebit penuriam.
 Quantis opibus Abrahamum & eius nepotem Lothū
 cumulauit Deus, cum ipsi in egenos essent benignissi-
 mi. Gen. 18. & 19. Similiter Tobiam c. 1. & 12. Tiberiū Cæ-
 sare, vt auctor est S. Greg. Turon. l. 5. hist. Francor. c.
 19. in pauperes liberalissimum duplici eoque ingenti
 thesauro cumulauit, altero in palatio, altero in Narsetis
 domo reperto. Idem B. Greg. Turonic. lib. de gloria
 Confession. c. 197. narrat quod cum S. Paulin. vnum
 qui supererat panē mandasset, vt pauperi daretur, na-
 ues annona & vino onustae ad eū aliunde delatae sunt.
 Scio plerosque sacerdotes, quo plus contulerunt, plus
 abundasse, ait S. Ambros. l. 2. off. c. 16. Accedit & illud,
 quod ait Cicer. l. 1. de Finib. Liberalitate qui vtuntur, bene-
 uolentiam sibi conciliant, & [quod aptissimum est ad quie-
 te viuendum] caritatem. Et l. 2. Beneficium & gratia vincu-
 la sunt concordiae.

Omnia ca-
 duca bona
 pereunt, hoc
 solum nō pe-
 rit, q̄ Deo
 in pauperib.
 vel pijs vsib.
 erogatur.
 Exempla eo-
 rū qui elee-
 mosynarū
 largitione
 ditati sunt.

2. Eleemosy-
 na beneuo-
 lentiam col-
 ligit.

3. Eleemosy-
 na presenti
 & futura
 iuluis miseria, e

S. S. David Psalm. 40. vers. 1. & seq. multam etiam
 temporalem felicitatem pollicetur prolixè alijs sub-
 uenienti. quod tempore penuriae, afflictionis, & cu-

mortis peri- iusuis mali, ac præsertim extremo mundi die sit illum
 celo, ex bo- omnibus exempturū miseris. 2. quod Dominus cultu-
 stū infidiis, diet eum, ne in malum incidat, aut si incidit, ne lu-
 ex morbis, peretur. 3. quod si in mortis discrimen venerit, sit vi-
 eorumq; a- tam illius propugnaturus. 4. quod efficiet, vt bene
 cerbitate li- beateque ac commode viuat in hoc mundo, & postea
 berat. terra viuentium æterna donabit felicitate. 5. quod e-
 um non tradet hostium, siue hominum, siue dæmonū
 voluntati, libidini ac potestati. 6. quod animi vel oco-
 poris ægritudine laboranti, præsto futurus auxiliatus
 præbiturus sit Dominus, ac mirifica consolatione re-
 creaturus, non aliter atq; is, qui versat & reuertatle-
 tum, vt infirmus mollius quiescat & cubet. *Beatus in-*
quit, qui intelligit super egenum & pauperem [attentè cogi-
 tar, & prudenter considerat eorum necessitates] in di-

mala liberabit eum Dominus. 2. Dominus conseruet eum, &
 viuificet eum, 4. & beatum faciat in terra, 5. & non tradat eum
 in animam inimicorum eius. 6. Dominus opem ferat illi spo-
 lectum doloris eius, vniuersum stratum eius versasti in infir-
 mitate eius. Prou. 19. v. 17. *Fæneratur Domino, qui miseretur pa-*

peris, & vicissitudinem suam reddet ei.

§. Sed & spiritalia in miseros benefico accumulatur bona. Pauperibus posset Deus, quas vobis contulit, tribuere facultates, nisi pro ineffabili misericordia sua, & illos insufficienter vellet de patientia laboris, & vos de opere charitatis, ait S. Leo in ieiunio 10. mens. serm. 5. Affirmat S. Dauid Psalm. lxxv. v. 9. iustum instar seminantis diuitias dispergere, non in voluptates & luxum, sed in egenos abundanter, & copiosè effundere, ac minimè abscondere & coacervare, & minuendo pecuniam amplificare iustitiam, æterna felicitate remunerandā, quin & in hoc sæculo eum potentia & honore decorandū. *Beatus, inquit, vir, qui time- met Dominum, in mandatis eius volet nimis. Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in sæculum sæculi, cornu eius exaltabitur in gloria.*

§. Pro.

§. Prouerb. 22. versicul. 9. Qui pronus est ad misericordiam, benedicetur: de panibus enim suis dedit pauperi. Benedicetur i. hominum laudatione, 2. temporalium & spiritualium bonorum copiis, 3. beata æternitatis, & æternæ beatitudinis gaudiis.

§. Isaias cap. 58. ver. 7. 8. Frange esurienti panem tuum, & egenos vagosque induc in domum tuam, cum videris nudum operi eum, & carnem tuam ne despexeris. Tunc erumpet quasi mane lumen tuum, & sanitas tua citius orietur, & anteibit faciem tuam iustitia tua, & gloria Domini colliget te. 70. Gloria Dei circumdabit te [quasi veste pulcherrima, vt glorificeris apud Deum, & apud homines, ait ibi in Comment. S. Hieronym.] & versic. 9. Tunc inuocabis, & Dominus exaudiet, clamabis, & dicet: Ecce adsum. Non voce, inquit ibidem S. Hieronym. sed opere, non responsione, sed beneficijs. Et versic. 10. & 11. Cum effuderis esurienti animam tuam, & animam afflictam repleueris, tunc orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erunt sicut meridies. Et quietem dabit tibi Dominus semper, & implebit splendoribus animam tuam, & ossa tua liberabit. Et eris quasi hortus irriguus, & sicut fons aquarum, cuius non deficiet aqua.

§. Sanctus Hieronymus in huius loci Comment. notat 1. Qualia quod Propheta dicat, vt non modo panem, sed & a-quantag, animam ipsam esurienti demus, & eum in quibuscun- eleemosyna que pressuris adiuuemus: & non quasi ex tristitia & emolument- necessitate, sed ex animo tribuamus, accipientes ma- ta. gis quam dantes beneficium, hilarem enim datorem diligit DEVS, 2. Corinth. nono. 2. vt animam esurientem, siue afflictam non refocillemus ex parte, sed saturemus, & doleamus cum dolentibus, lugeamusque cum lugentibus, Roman. 12. 3. quod hinc orietur in tenebris lux nostra, id est Christus Dominus, qui ait Ioann. 12. vers. 46. Ego lux in mundum veni, vt omnis qui credit in me, in tenebris non maneat, sed habeat lucem

lucem vitæ, & sic tenebræ nostræ vertantur in meridiem.
 4. quod requiem corporis, animi, & æterna vitæ largiturus Deus. 5. quod habiturus sit semper habitorem Deum, qui animam splendoribus, & omnium desiderabilium saturitate impleat. 6. quod liberabit ossa de igne perpetuo. 7. quod erit fertilissimus vitærum & honorum operum hortus, & perennis quidam fons spiritualibus & cœlestibus donis redundans, ut quemadmodum loquitur Apostolus 2. Corin. 9. *ascendent in omne opus bonum, Deo incrementa frugum iustitie agente. Date eleemosynam, inquit Dominus Luc. 11. ver. 42. ecce omnia munda sunt vobis. Date eleemosynam à vobis inchoando. Eccl. 30. ver. 24. Misere anime tue placens Deo. Date ex caritate multitudinem peccatorum operientem. 1. Pet. 2. v. 8. cuius caritatis proprius eleemosyna actus est. Date eleemosynam, quæ vos disponat & præparet ad capeendam gratiam & iustitiam. Act. 10. v. 4. & debitam peccatis pœnarum condonationem obtineat. Eccl. 7. 15. & 33. Dan. 4. v. 24:*

Eleemosyna §. Quod eandem in egenos munificentiam sempiternæ felicitatis præmio remuneret Deus, sapienter promeretur confirmat Dominus. *Luc. 6. vers. 38. Date & dabitur vobis felicitatem. Mensuram bonam & confertam, & coagitatam, & superfluentem dabunt in sinum vestrum. Luc. 12. v. 33. Vendite que possidetis, & date eleemosynam. Facite vobis sacculos, qui non verascunt, thesaurum non deficientem in cœlis; quo fur non appropriat, neq; tinea corrumpit. Luc. 14. c. 13. Cum facis conuivium, voca pauperes, debiles, claudos, & cæcos, & beatus eris, quia non habent retribuere tibi: retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum. Lu. 16. v. 9. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. S. Leo serm. 4. de Collectis: Cui laborantium licet negare, quod Christus sibi profitetur impendi? Iuuatur conseruus, & gratiam refert Dominus. Cibus egeni regni cœlestis est pretium, & largitor temporalium hæres sit æternorum. Vnde autem ista ex qua impet-*

impedia, tanta estimari taxatione meruerunt, nisi quia pondera operum caritatis lance pensantur, & quum amatur ab homine, quod Deus diligit, merito in eius ascenditur regnum, in cuius transitur affectum? Vnde & Matth. 25. v. 34. ait: Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi: Esuriui enim, & dedistis mihi manducare. Sitiui, & dedistis mihi bibere, &c. Idem Sanctus Doctor & Pontifex serm. 4. de ieiunio septem mens. Mirabiliter ait, diuina prouidentia disposuit, vt essent in Ecclesia & sancti pauperes, & diuites boni, qui inuicē sibi ex ipsa diuersitate prodesset, cum ad aeterna & incorrupta premia promerenda, Deo gratias agerent accipientes, & Deo gratias agerent largientes.

CAPVT XXII.

EXEMPLA ECCLESIASTICORVM IN EGROS
nos liberalissimorum.

HABENT in hoc genere D. Ecclesiastici præstantissimos & sanctissimos sui Ordinis, quos æmulentur, viros, in egentes beneficentissimos & largissimos. S. Joannes Alexandrinus Patriarcha cognomento misericors, siue Eleemofynarius, vt in eius vita auctor est Leontius Episcop. Neapoleos in Cypro in 2. Synodo *Apud Suriū Nicēna act. 4. commendatus, cum quintum decimum 23. Ianuar.* annum ageret misericordiam sibi desponsauit. Ipso suę in Patriarcham electionis die. *Non iustum est, inquit, O fratres, ante alterius cuiusquam curam habere, quam Christi. Eunt ergo per totam ciuitatem, conscribite mihi ad vnum omnes dominos meos & auxiliares [ita vocabat pauperes.] Mirā autem celeritate annotati sunt supra septem millia quingentos, quibus cum annonam & in singulos dies per suum procuratorem sustentationem constituisset, ad templum conscrandus perrexit. Eius institutis formatus ipsius minister Zacharias quicquid habere potuit è vestigiō paupe-*